Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35430
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



tis moribus dignantur deseruire concedas. Per. Dom. ii.
Omnipotens semper deus qui celestia simul et terrena or.
moderaris supplicationes populi tui clementer
exaudi et pacem tuam nostris concede temporibus. Per.
Oblata domine munera sanctifica nosque a peccatorum Secr.
nostrorum maculis emunda. Per. Comp. Augeatur in
nobis domine quesumus tue uirtutis operatio ut diuinis
uegetati sacramentis ad eorum promissa capienda
O tuo munere preparemur. Per. Dom. iii. oro.
Omnipotens semper deus infirmitatem nostram propicius
respice atque ad protegendum nos dexteram tue ma
iestatis extende. Per. Secr. Hec hostia domine quesumus e
mundet nostra delicta et sacrificium celebrandum subdi
torum tibi corpora mentesque sanctificet. Per. Compl.
Quos tantis domine largiris uti mysteriis quesumus ut ef
fectibus nos eorum ueraciter aptare dignemur. Per. Dom. iiii.
Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro
humana scis fragilitate non posse subsistere
da nobis salutem mentis et corporis ut ea que pro pec
catis nostris patimur te adiuuante uincamus. Per. Secr.
Concede quesumus omnipotens deus ut huius sacrificii munus obla
tum fragilitatem nostram ab omni malo purget semper
et muniat. Compl. Munera tua deus nos a delecta
tionibus terrenis expediant et celestibus instruant